

1949

P O L E M I C I

1950

*festa sunt opera carnis &c. et definens: Ego iudicare nec debeo nec possum de morte Joannis Craus Doctoris Hallensis.*

*Fol. 31. Literae Christophori Ducis Würtembergici ad Carolum Card. Lotbaringicum datae Stutgardiae 17. Julij Anno. 63. Ineunt: Salutem et parata nostra officia. Reuerendissime princeps. Cum in mentem mihi ueniret Colloquium inter uestram dilectionem et me superiore anno ad Tabernas Alsatias de praecipuis capitibus Christianae religionis et inter cetera de Missa quoque habitum &c. Significat spem suam de abolen-*

*dis Tridenti superstitionibus magis et idololatriis Missarum decollasse visis Decretis et Canonibus hac super re. Mittere se duos Libros de origine et compilatione Missae, obtestarique Cardinalem, ut illos expendat. Ceterum agnoscit hunc in scripturis sanctis et veterum patrum monumentis bene uersatum doctrina eloquentia usu rerum et auctoritate multum ualere.*

*Fol. 33. Romani Schmiedt de Brenborg Syndici Vallensis Epigramma hexastichon ad Regem Maximilianum, 10. Sept. a. 1562. quod incipit:*

*Sic Asiae, Duce te, peregrina per aequora uicta  
 In nostram ueniat Gratia tota fidem &c.*

*Fol. 34. Exemplum literarum ab Oxonio missarum de disputatione Thomae Crameri Archiepiscopi nuper Cantuariensis et Nicolai Ridleij nuper Episcopi Londoniensis et Hugonis Latemeri olim Episcopi Wigorniensis. Idem, quod indicatum fuit alibi.*

DI.

875 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 21. f. contendit, Electionem Episcoporum et Praelatorum non Ecclesiasticis solum, sed et Laicis competere, unde inscribitur: *Gruntliche Beweisung das die Wallen der prelaten vnd pischoffen nicht allain den geistlichen, sondern auch den laien geböre, vnd das sie die wallen seider Christo ber bis auff 1300*

*ibar gehabt haben. Orditur: Es weissaget der heilig prophet Gottes, das der laidige Antichrist sein reich damit mehren, vnd erhalten werde, das er wirdt die lenden seinen mithelffern, vnd funderern austailen vnd sie zu grossen berren machen. Atque hinc Inuestivae in Pontificem Clerumque Romanum prorumpunt, quibus Rationes e Verbo Dei, Praxi primorum temporum, Patrum Scriptis, antiquis Canonibus, et Ritualibus miscentur, dissimulatis tamen difficultatibus, quae ab incondita multitudine suffragium ferente separari vix posse videntur. Obmovetur etiam Catholicis, quod quandoque Molitoris aut Olitoris Filio Episcopatum conferant, ut factum dicitur in Sidonio, quem perjurii accusat Au-*

A a a 3

tor

1951

C O D I C E S

1952

tor eo, quod promiserit, se *Sidonem* ad Evangelium promulgandum iturum, quod certe nunquam in animo habuerit. *Sidonius* hic *Michael Hellingius* est *Moguntini* Suffraganeus et titulo *Sidoniorum* Episcopus, qui cum a. 1549. Infulas *Mersburgenses* a *Carolo V.* obtinuerit, tempus scriptionis nostrae liquet. Accedit, quod ait Noster, se in *his Imperii Comitibus* scribere, quae utique alia non sunt, quam *Augustana* a. 1548. in quibus cum *Sidonius* concinnandae Formulae *Interim* adhibitus fuerit, en odii causam. Alii ceterum Protestantes Virum pacis studiosum fuisse et Ill. *Seckendorfius* Conciones habuisse *Augustae cum magna eruditionis et moderationis laude* testantur. Sub finem paene ridiculus fit Noster, dum inter motiva electionis Episcoporum ad Laicos transferendae refert: sic fore, ut Episcopatus quamplurimi cedant Principibus et Optimatibus evangelicis. Atqui id a Catholicis maxime in quaestionem vocabatur.

## DII.

571

Codex chartaceus Hisp. Ital. Sec. XVI. Folior. 25. 4. complectitur I. Prolixam ad Deum Precationem phrasi potissimum Biblica conceptam, cui Titulus: *Oracion sacada de la sagrada Escripura a todos los fieles Christianos, en estos peligrosos y postreros tiempos, Enuocando a Dios, muy aprouechable, echa por*

*vn Predicador christiano en Vienna Archiducado de Austria, y transferido de Lingua Alemana en vulgar castellano. Por Josepho Zamgerer de Innspruque con su mejor diligencia. Initium: O Senor poderoso, eterno, piadoso, gracioso, justo, misericordioso &c. Nihil continet, quod ulla christianarum Confessionum jure respuat. *Jobannis Zangeri Oenipontani Musicae Practicae Institutiones Lips.* 1554. et *Mart. Kemniti Examina doctrinae coelestis a Zangero latine redditum Ursellis* 1571. sinit *Gesneri Bibliotheca*, in Viri Praenomine, ut reor, lapsa, unde inducor, ut credam, Praedicatorem illum Christianum Partium Lutheranarum, et fortasse *J. Seb. Pfauferum*, aut *Josiam Opitium* fuisse.*

II. fol. 17. alia manu: *Dialogo nel qual si scuoprono le astutie che usano Lutherani per ingannare i semplici et tirargli dalla parte loro, cosa ad ogni christiano in questi tempi sommamente necessaria da intendere. Ita quidem Titulus; verum *Dialogus* ipse tegere potius quam detegere videtur. Namque *Silvius* collocutorem *Mutium* per multas ambages eo tandem deducit, ut ei adfirmet: *Essendo stato alquanti mesi in Augusta, quando c'eri tu anchora, hebbi occasione et comodità di intendere le controuersie, che sono tra la chiesa romana, et quei che sono chiamati Lutherani, ne mi rincrebbe punto di bauerle intese. Percioche quella dottrina l'ho trouata molto diuersa da**